UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pyrmontani, Liberi Baronis De Furstenberg

Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>

Parisiis, 1684

Paderae Fontes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-7748

Visual Library

PADERÆ FONTES.

MEMORIÆ. SACRUM

HIC. UBI. FONS. PADERÆ. MEDIA. SURGENTIS. IN. URBE
DUCO. VETUS. MAGNI. NOMEN.[1] AB. AMNE. PADI
MARTE. DIU. ANCIPITI. CAROLUS. CERTARE. COACTUS
[2] DELEGIT. CASTRIS. CONCILIISQUE. LOCUM
[3] JUSSIT. ET. HIS. UNDIS. LUSTRATAM. SUBDERE GENTEM
SAXONICAM. VERO. COLLA. SUPERBA. DEO
[4] HIC. LEO. ROMANA. DEDUCTUS. AB. URBE. SACELLUM
[5] SACRAVIT. PRIMUM. RELLIGIONIS. OPUS
HIC. SEDES. LONGO. FUIT. ORDINE. DEINDE. SECUTIS
TERRARUM. DOMINIS. INCLYTA.[6] CÆSARIBUS
[7] VIRGINIS. HIC. CONJUX. VIRGO. CUNIGUNDA. MARITI
ACCEPIT. MERITIS. REGIA. SERTA. COMIS.
PONTUM. ALIUS. SUBEAT. SEPTENA. PER. OSTIA. NULLUS
FONTE. CAPUT. NOSTRO. GRANDIUS. AMNIS. HABET

FERDINANDUS. DEI. ET. APOSTOLICÆ
SEDIS. GRATIA. EPISCOPUS. PADERBORNENSIS
COADJUTOR. MONASTERIENSIS. S.R.I. PRINCEPS. COMES. PYRMONTANUS. ET. LIB. BARO
DE FURSTENBERG

AD. FONTES. PADERÆ. CASTRIS. COMITIIS. ET. FREQUENTI
IMPERATORUM. REGUMQUE. GERMANIÆ. ET. FRANCIÆ
HOSPITIO. AC. REGIA. S. CUNIGUNDÆ
CORONATIONE. CELEBRATOS

M. H. P.

[1] Gobelinus Perſona in Coſmodromio. ætat. 6. cap. 38. [2] An. 777. 783. 785. 786. 799. Eginardus in Vit. Caroli. M. Aſtron. Vit. Ludovici Pii apud Pithæum. aliique. [3] Vit. Caroli M. apud Pithæum. Annal. Fuldenſes apud Freherum. [4] Annal. Fuldenſ. Vita Caroli M. Aſtron. Regino. aliique. [5] Vita S. Liborii apud Bollandum cap. 11. Vita B. Menverci apud Brouerum. Gob. Perſona in Coſmod. ætat. 6. cap. 38. [6] Magnum eorum catalogum vid. in notis monumentorum Paderbornenſium. [7] Adelboldus de rebus geſtis S. Henrici apud Gretſerum. Vitæ S. Godehardi, S. Benvardi apud Brouerum.